Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



ibi pro peccatis mortuor. iuste et religiose de resurrectione
cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret.
superfluum videretur et vanum. orare pro mortuis. Sed quia spe
rabat quod hi qui cum pietate dominicone accepant. optima
habent reposita gratia. Sed ego et salubris cogitacio pro
defunctis exorare. ut a peccatis soluantur. Ab solue do
mine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo
delictorum. Sed gracia tua illis succurrente mereantur e
uadere iudicium vlc onis. Vt luceas eter ne
beatitudine. Secun Joh.
Hill. f. Die i. d. s. Omne quod dat mihi pater ad me veniet.
et eum qui venit ad me. non eiciam foras. quia descendi de
celo non ut faciam voluntatem meam. sed voluntatem eius qui
misit me. Hec autem voluntas eius qui misit me patris. ut
omne quod dedit michi non pdam ex eo. sed resuscitem illud in
nouissimo die. Hec enim voluntas patris mei qui misit
me. ut omnis qui videt filium et credit in eum. habeat vi
tam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Joh.
Ill. f. Die i. d. s. et turbis iudeor. Amen amen dico
vobis. nisi manducaueritis carnem filii hominis. et bibe
ritis eius sanguinem. non habebitis vitam in vobis. Qui man
ducat meam carnem et bibit meum sanguinem. habet vitam
eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Joh.
Ill. f. Die martha ad ihm. Domine si fuisses hic. frater
meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio. quia quecumque
rogaueris deum. dabit tibi deus. Dicit illi ihs. Resurget
frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrec